

*Nam quoquò nostri vertamus lumina vultus,  
Omnia plena malis, omnia plena minis.  
Undiq; circumstant nos infortunia quæquæ,  
Vivimus, heu! miserâ conditione nimis.  
O Te felicem, repeto, quem sustulit hora,  
In veri verâ cognitione DEI!  
Non cernes posthac mundi tot acerba, sed, hares  
Factus dum cœli, gaudia mille capis.  
Corporis exuvia requiescant marmore clausa,  
Et mens latetur spe meliore DEI.*

*C. M. Ch. Mus. D.*

**L**umina, prob! vite, media sub tramite vite,  
LICHTNERUS claudit, cujus & umbra caput  
Occulit. Et pietas, & clara scientia Juris  
LICHTNERUM voluit vivere, & esse super.  
Ast, dolor! infecit nimium immedicabilis ipsum  
Tabes, ut summam clauserit, ecce, diem!  
Ast quid opus lacrymis? quid tristis mania proferit?  
SIC DOMINO PLACUIT, cui PLACUISSE, PLACET!  
LICHTNERUS verè nunc noster in æthere vivit,  
Cœlicolas inter gaudia vera tenens.  
Nocte velut cœlo rutilans est stella decoro,  
Sic nunc LICHTNERUS lucet in arce poli.

*B*

*Ecquis*